

PRIVILEGIUM.

*vere clementissime dignaremur, Nos submis-  
sae pariter ac aequae eius petitioni annuen-  
dum censuerimus; Ac proinde Auctoritate  
Nostra Caesarea omnibus & singulis Biblio-  
polis, Bibliopegis, Typographis & aliis qui-  
buscunque, rem librariam, seu negotiatio-  
nem exercentibus, firmiter inhibemus, veta-  
mus, & interdiciamus, ne quis supra nomina-  
tum Ludouici Petri Giouanni Librum, cui  
Titulus est: Germania Princeps, sub hoc  
alioque titulo aut hac aliaue forma, seu, ut  
aiunt, formato, aut sub additionis vel alio  
quocunque praetextu, nec in toto, nec in  
parte, per decem annorum spatium ab hodie-  
no die computandum intra Sacri Romani Im-  
perii fines recudere, vel aliis recudendum da-  
re, aliorsumue impressum apportare, vende-  
re, vel distrahere citra praefati Impetrantis  
eiusdemque haeredum ac successorum volunta-  
tem & assensum in scriptis obtentum, ausit  
vel praesumat; Si quis vero secus faciendo  
Priuilegium hoc Nostrum seu Interdictum  
violare contemnereque praesumserit, eum  
non*